

THE SARUM RITE
Breviarium Sarisburiense cum nota.

Tome B.
Fasciculus 47.
Pagine 1857-1879.

Hystoria Thobie.

Edited by William Renwick.

HAMILTON ONTARIO.
THE GREGORIAN INSTITUTE OF CANADA.
MMXI.

The Sarum Rite is published by The Gregorian Institute of Canada/L'Institut grégorien du Canada, c/o School of the Arts, McMaster University, 1280 Main Street West, Hamilton, Ontario, Canada L8S 4L8. The Gregorian Institute of Canada is affiliated with the School of the Arts, McMaster University.

The Sarum Rite is distributed over the internet through.pdf files located at: www.sarum-chant.ca

This document first published January 2011.

Revised October 2011, July 2022.

All rights reserved. This publication may be downloaded and stored on personal computers, and may be printed for purposes of research, study, education, and performance. No part of this publication may be uploaded, printed for sale or distribution, or otherwise transmitted or sold, without the prior permission in writing of the Gregorian Institute of Canada.

The Gregorian Institute of Canada/L'Institut grégorien du Canada is a charitable foundation registered by the Federal Government of Canada.

www.gregorian.ca

© The Gregorian Institute of Canada, 2011.

[*Hystoria Peto Domine.*]

Regula de hystoria Peto Dómine. inchoanda : ubi agitur de festo loci et de sancta Maria.

☩ Littera dominicalis **A**. xv. kalendas Octobris tota cantetur hystoria et fiat memoria de sancto Lamberto. Feria ij. et iij. fiant commemorationes et iij. feria dicitur *R̄*. feriale : et ad missam quatuor temporum fiat memoria de vigilia sancti Mathei eodem die : et in sabbato fiat servitium de sancta Tecla : cum missa quatuor temporum.

☩ Littera dominicalis **B**. xiiij. kalendas Octobris tota cantetur hystoria et ij. feria dicitur de sancta Maria et in vj. feria dicuntur matutine de sancta Tecla cum nocturne et missa de jejunio, ij. oratio da sancta Tecla, cetera ut supra et nulla commemoratio de festo loci fiat in hac ebdomada, et in sabbato cantatur *R̄*. feriale.

☩ Littera dominicalis **C**. ij. idus Septembris inchoetur hystoria cum memoria tantum nisi forte propter prolixitatem temporis debeat una missa dominicalis differri : nulle fiant commemorationes per hanc ebdomadam.

In sequenti vero dominica tota cantetur hystoria et in ij. feria *R̄*. feriale dicitur, et in vj. feria et sabbato fiant commemorationes.

☩ Littera dominicalis **D**. Idibus septembris inchoetur hystoria cum memoria tantum, et missa dominicalis in capitulo, et ad j. vesperas exaltationis sancte crucis fiat memoria de dominica privatim et de sanctis solennis memoria et in v. feria dicitur de sancta Maria cum memoria de sancto Lamberto.

In sequenti ebdomada tota cantetur hystoria et missa de vigilia sancti Mathei in capitulo dicitur cum uno Allelúya. et feria v. et sabbato fiant commemorationes cum memoria de sanctis Cipriano et Justina.¹ *R̄*. feriale non dicitur.

[191v.] ☩ Littera dominicalis **E**. xviiij. kalendas Octobris inchoetur hystoria cum memoria privatim. Eodem modo fiet de Trinitate : et de sanctis solennis memoria fiat et medie lectiones cum responsoriis de ij. nocturno hystorie de communi plurimorum martyrum, processio fiat ante crucem ibidem cum missa dominicali in capitulo. Feria iij. vj. et sabbato cantetur hystoria cum responsorio feriali in iij. nocturno et in sabbato ad missam quatuor temporum tantum memoria de vigilia sancti Mathei : et in v. feria fiat commemoratio beate Marie nichilque de sancto Lamberto fiat hoc anno.

☩ Littera dominicalis **F**. xvij. kalendas Octobris inchoetur hystoria cum memoria tantum. Primo fiat memoria de sancto Nichomede, deinde de dominica et de Trinitate et solennis memoria de octavis nativitatis beate Marie. Nulla processio fiat et in iij. feria

fiat commemoratio beate Marie : cum memoria de sancto Lamberto, et in iiij. v. et vj. feria cantetur hystoria cum R̄. feriali in iij. nocturno et ad missam quatuor temporum fiat tantum memoria de vigilia sancti Mathei.

¶ *Littera dominicalis ⑤. xvj. kalendas Octobris tota cantetur hystoria et tantum memoria de martyribus. In sabbato secunde vespere de octavis fiant cum memoria de sanctis, de dominica et de Trinitate solenniter cum processione ante crucem. Festum sancte Edithe differatur in crastinum et fiant ibi medie lectiones de sancto Lamberto, et feria iij. fiat commemoratio beate Marie et feria quarta fiat de jejunio quatuor temporum : et in quinta feria dicitur R̄. feriale in secundo nocturno. Nulla fiat commemoratio de festo loci in hac ebdomada.*

[Regula de hystoria *Peto Dómine.*]²

- ¶** 6. **¶** *Peto Dómine.* Littera dominicalis **¶**. xv. kalendas Octobris tota cantetur hystoria et memoria tantum de sancto [Lamberto].³ In laudibus omnes antiphone.
Feria 2. et 3. de commemoratione.
Feria 4. de feria cum responsorio feriali et nichil de vigilia [S. Mathei]⁴ nisi tantum memoria ad missam de jejunio.
Sabbato de S. Tecla cum nocturno usque ad missam que erit de jejunio et memoria de festo.
Feria 6. de martyribus [Mauricio &c.]⁵ ix. lectiones : nulla memoria de jejunio sed tantum missa de jejunio dicitur post missam de martyribus ad summum altare.
- ¶** 6. **¶** *Peto Dómine.* Littera dominicalis **¶**. 14. kalendas Octobris tota cantetur hystoria. In laudibus omnes antiphone dicuntur.
Feria 2. de sancta Maria.
Feria 3. de feria cum responsorio de i. nocturno. Missa de vigilia.
Feria 4. de apostolo [Matheo],⁶ missa 4. temporum cantetur solenniter post missam de apostolo.
Feria 6. de sancta Tecla, cum nocturno usque ad missam que erit de jejunio, et memoria de festo.
Sabbato de feria. **¶**. de 2. nocturno et **¶**. feriale. Missa de jejunio.
- ¶** 6. **¶** *Peto Dómine.* Littera dominicalis **¶**. 2. idus Septembris de servitio octavarum [B. Marie].⁷ Ad. i. vespere que erunt de octavis memoria de dominica, de Trinitate et processio. In introitu ant. *Salvátor.* Ad matutinas [memoria] de dominica et de Trinitate cum missa dominicali in capitulo.
Feria 4. de octava⁸ [nativitatis B. Marie].⁹ Missa 4. temporum cantetur post missam de die ad summum altare.
Feria 5. de virgine [Editha],¹⁰ medie lectiones de martyribus [Eufemia Lucina et Geminiano]¹¹ cum **¶**. et **¶**. de 3. nocturno.
Feria 6. de sancto [Lamberto]¹² cum nocturno. Missa erit de jejunio 4. temporum cum memoria de sancto Lamberto.
Sabbato de feria, cum **¶**. de i. nocturno¹³ et missa de jejunio.
- ¶** Dominica 2. tota cantetur hystoria. In laudibus una antiphona.
Feria 2. de feria cum responsorio feriali et missa de vigilia [S. Mathei].¹⁴
Feria 5. 6. et sabbato de commemorationibus.

D. 6. **¶** *Peto Dómine.* Littera dominicalis **D.** Idus Septembris totum servitium de octavis [B. Marie]¹⁵ et hystoria inchoetur cum memoria. Missa dominicalis dicitur in capitulo. 2. vespere erunt de cruce, et memoria de dominica sub silentio, et postea memoria de martyribus [Cornelio et Cypriano]¹⁶ solenniter et processio.

Feria 2. de cruce, medie lectiones de martyribus [Cornelio et Cypriano]¹⁷ cum *Ÿ.* et *℞.* de 2. nocturno. Ad 2. vespas fiat solennis memoria de octava [nativitatis B. Marie]¹⁸ et de sancto¹⁹ [Nicomede].²⁰

Feria 4. de sancta Editha, ix. lectionum, medie lectiones de martyribus [Eufemia Lucina et Geminiano]²¹ cum *Ÿ.* et *℞.* de 3. nocturno. Post 3. dicitur missa de festo, et post 6. cantetur missa de jejunio, utraque ad principale altare. 2. vespas erunt de festo [S. Edithe]²² et memoria de sancta Maria cum ant. *Sub tuam.* et de martyribus.

Feria 5. de sancta Maria et memoria de sancto [Lamberto].²³

Feria 6. et sabbato de feriis cum responsoriis hystorialibus per ordinem et missa de jejunio.

¶ Dominica 2. tota cantetur hystoria. In laudibus una antiphona. Missa de vigilia dicitur in capitulo. 2. vespas erunt de sancto Matheo et memoria de dominica sub silentio, deinde solennis memoria de sancto Laudo.

Feria 4. 5. et sabbato de commemorationibus.²⁴

E. 6. **¶** *Peto Dómine.* Littera dominicalis **E.** 14. die Septembris servitium de cruce. Ad 1. vespas fiat memoria de dominica et de Trinitate sub silentio, deinde solennis memoria de martyribus [Cornelio et Cypriano]²⁵ et processio : medie lectiones de martyribus, cum *Ÿ.* et *℞.* de 2. nocturno. Missa dominicalis dicitur in capitulo cum memoria de Trinitate tantum. Ad 2. vespas memoria de sancto [Nicomede]²⁶ et de dominica sub silentio, deinde solennis memoria de octava [nativitatis B. Marie].²⁷

Feria 3. de sancta Editha, ix. lectionum, medie lectiones de martyribus [Eufemia &c.]²⁸ cum *Ÿ.* et *℞.* de 3. nocturno.

Feria 5. de sancta Maria.

Feria 4. 6. et sabbato de jejunio,²⁹ cum responsorio hystoriali. Et in sabbato dicitur *℞.* feriale et in his feriis dicitur missa 4. temporum et nichil de sancto [Lamberto]³⁰ nisi ad vespas et ad matutinas de sancta Maria.

In sabbato ad missam de jejunio fiat memoria de vigilia S. Mathei.

F. 6. **¶** *Peto Dómine.* Littera dominicalis **F.** xv. die septembris servitium de octava

[nativitatis B. Marie].³¹ Ad 1. vespervas que erunt de cruce memoria de sancto [Nicomede]³² et de dominica et de Trinitate sub silentio : et deinde solennis memoria de octava [nativitatis B. Marie]³³ et nulla processio. 2. vespere erunt de octava et memoria de sancta Editha, de martyribus [Eufemia &c.]³⁴ et de dominica.

Feria 2. de sancta Editha, medie lectiones de martyribus [Eufemia Lucina et Geminiano]³⁵ cum *Ÿ.* et *℞.* de 1. nocturno.

Feria 3. de sancta Maria.

Feria 4. 5. et 6. de feria cum responsorio hystorie [dominicalis].³⁶ In 6. feria dicitur *℞.* feriale et in 4. feria dicitur missa de jejunio et in 5. feria missa dominicalis. In 6. feria missa de jejunio et memoria de vigilia S. Mathei.

Sabbato de apostolo [Matheo].³⁷ Missa de jejunio cantetur post missam de sancto Matheo, utraque ad summum altare.

6. *¶ Peto Dómine.* Littera dominicalis 6. 16. die Septembris tota cantetur hystoria et festum sancte Edithe differatur in crastinum. Ad 1. vespervas que erunt de octava, memoria de [Nichomede]³⁸ martyre, de dominica, de Trinitate et processio. In redeundo ant. *Salvátor. Ÿ. Exúltent justí.* Ad matutinas tantum memoria de martyre et de Trinitate. In laudibus omnes antiphone dicuntur. 2. vespere erunt de dominica et memoria de sancta Editha et de sancto Lamberto.

Feria 2. de sancta Editha et medie lectiones de sancto Lamberto. 2. vespere erunt de sancta Editha et memoria de sancta Maria. Ant. *Sub tuam.*

Feria 3. de sancta Maria.

Feria 4. de jejunio 4. temporum.

Et in 5. feria dicitur *℞.* feriale cum missa de vigilia [S. Mathei].³⁹

Feria 6. et sabbato dicuntur missa de jejuuio 4. temporum post missam de die ad summum altare.

[192r.]

¶ *Dominica j. post iij. idus Septembris.*

Ad j. vespervas.

Ant. Benedictus. [352].

Ps. Ipsum. (cxliij.) [352].

Capitulum. Benedictus Deus. [357].

℞. *Omni tempore.* [*ij. de matutinas.*]⁴⁰ 1865.

Hymnus. O lux beata Trínitas. [359].

℣. *Vespertína oratio* [ascéndat ad te Dómine].⁴¹ [359].

AS:316; 1520:36v; 1531:192r.

3345. Ant. VII.iv.




Ngréssus * Rápha-el archán-ge-lus ad Tho-bí-am
 sa-lu-tá-vit e-um di-cens : Gáudi-um ti-bi semper sit.
 Cu- i Tho- bí- as a- it, Qua-le gáudi- um michi e- rit
 qui in té-ne-bris sé- de- o et lumen ce- li non ví-de-o.
 Cu- i án-ge-lus inquit : Forti á- nimo es-to, in



pró-ximo est ut a De- o cu-ré-ris. *Ps. Magnificat. 67**.

AS:316; 1520:36v; 1531:192r.

Ant.
IV.ii.




3861.

E remi-niscá-ris * Dómi-ne de- lícta me-a vel



pa-réntum me-ó-rum neque vindíctam su-mas de peccá-tis



me- is. *Ps. Magnificat. 60**.

¶ *Ad matutinas.*

Invitatorium. Laudémus nomen. [4].

Ps. Veníte. ut supra in hystoria Si bona. 4*.

¶ *In primo nocturno.*

Ant. Pro fidei méritis. [12].

Ps. Beátus vir. (j.) [2].

Ÿ. Memor fui. [24].

¶ *Hac die incipiatur liber Thobie, et legatur per xv. dies vel viij. secundum quod tempus prolixum fuerit vel breve : quando de temporali agitur.*

Lectio j. Legenda I. Thobie j. (I.)

THobias ex tribu et civitate Néptalim, que est in superioribus Galilée supra Naáson post viam que ducit ad occidentem, in sinistro habens civitatem Sephet, cum captus esset in diebus Salmánasar regis Assyriórum,


in captivitate tamen pòsitus viam veritatis non deseruit : ita ut ómnia que habere pòterat quotidie concaptivis fratribus qui erant ex⁴² genere suo impartíret. Cumque esset júnior ómnibus in tribu Néptalim : nichil tamen puerile gessit in ópere. Tu.

AS:317; 1520:36v; 1531:192r.⁴³


7381. 1. Resp. I.

DE- to * Dó- mi-ne ut de vínculo impro-
pé-ri- i hu- jus ab-sólvas me : aut cer-te dé-su-per
terram e-rí-pi- as me. †Ne remi-niscá- ris de-lícta
me- a vel pa-réntum me- ó-rum : neque vindíctam
su- mas de peccá- tis me- is qui- a é-ru- is


7381a.




sus-ti-nén-tes te Dó-mi- ne. ⁊. Omni- a



ju-dí-ci- a tu- a justa sunt : et omnes vi- e tu- e mi- se- ri- cór-



di- a et vé- ri- tas : et nunc Dómi- ne me- ménto me- i.



†Ne remi- niscá- ris.

Lectio secunda. (Thobie j. 5.)


Denique cum irent omnes ad vitulos áureos quos Hieróboam fécerat rex Israel, hic solus fugiébat consórtia ómnium, et⁴⁴ pergébat ad Hierúsalem ad templum Dómini, et ibi adorábat Dóminum Deum Israel,

ómnia primitíva sua, et décimas suas fidéliter ófferens : ita ut in tértio anno prosélitis⁴⁵ et ádvenis ministráret omnem decimatiónem. Hec et his simília secúndum legem Dómini : adhuc puérulus observábat.


AS:317; 1520:37r; 1531:192r.⁴⁶

2. Resp.
VIII.

7317.




QMni témpo- re * bé- ne- dic De- um et pe- te




ab e- o ut vi- as tu- as dí- ri- gat. †Et omni tém-


7317a.




po- re consí- li- a tu- a in ip-so per-



má-ne- ant. *℣*. Memor esto fi- li quó-ni- am



páu-pe-rem vi-tam gé-ri- mus : ha-bé-bis multa bo-na



si timú- e- ris De- um. †Et omni.

Lectio tertia. (Thobie j. 9.)



Cum vero factus esset vir, accépit uxórem Annam de tribu sua, genuítque ex ea filium nomen suum impónens ei, quem ab infántia timére Deum dócuit : et abstinére ab omni peccáto. Igitur cum per captivitátem

devenísset cum uxóre sua et filio in civitátem Nínive cum omni tribu sua, et omnes éderent ex cibis gentílium : iste custodívit ánimam suam, et nunquam contaminátes est in escis eórum.


AS:318; 1520:37v; 1531:192r.⁴⁷

7145.

3. Resp.
VII.

Emor esto * fi- li quó-ni- am páu-pe-rem vi-



tam gé- ri- mus. †Ha- bé- bis multa bo- na si timú-

e-ris De-um. *Ÿ.* Fi-dú-ci-a magna est co-ram
 summo De-o e-lemó-si-na : ómni-bus qui fá-ci-unt
 e-am. †Ha-bé-bis. *Ÿ.* Gló-ri-a Pa-tri. 95*.
 †Ha-bé-bis.

7145a.

¶ *In ij. nocturno.*

Ant. Natúre. [25].

Ps. Consérva. (xv.) [25].


Ÿ. Média nocte. [33].

Lectio quarta. Legenda 2. (Thobie j. 13.)

¶ Uóniam memor fuit Dómini Thobías in toto corde suo : dedit illi Deus grátiam in conspéctu Salmánazar regis. Et dedit illi potestátem quocúnque vellet ire : habens libertátem quecúnque fácere voluísset. Pergébat enim per omnes qui erant in captivitáte : et moníta

salútis dabat eis. Cum autem venisset in Rages civitátem Medórum, et ex his quibus honorátus fúerat a rege habuísset decem talénta argénti, et cum in⁴⁸ multa turba géneris sui Gabélum egéntem vidéret qui erat ex tribu ejus : sub cyrográpho dedit illi memorátum pondus argénti.

4. Resp.
IV.

7717.  Uffi-ci- é-bat * no-bis páupertas nostra ut

di-ví-ti-e compu-ta-rén-tur, nunquam fu-ísset pe-cú-ni-

a is- ta pro qua mi- sís-ti fí- li- um nos- trum.

7717a. †Bá-cu-lum se-nec- tú- tis nos-tre. ⁊. He- u me

fi-li mi ut quid te mí-simus pe-regri-ná- ri lumen

o-cu-ló- rum nos- tró- rum. †Bá-cu-lum.

Lectio v. (Thobie j. 18.)

Post multum vero témporis mórtuo Salmánazar rege : cum regnáret Sennácherib filius ejus pro eo, et filios Israel exósos habéret in

conspéctu suo Thobías pergébat per omnem cognatióem suam et conso- labátur eos. Dividebátque unicuíque prout póterat : de facultátibus suis.

AS:318; 1520:38r; 1531:192r.⁵⁰

5. Resp.

I.



Ene-dí- ci-te * De- um ce- li et co-ram

6241.

ómni-bus vi-vénti- bus confi-té-mi-ni e- i.

†Qui- a fe- cit no-bíscum mi-se-ri-cór-di- am su-

[192v.]

am. ⁊. Tempus est ut re-vértar ad e- um qui me mi- sit :

6241a.


vos autem be-ne-dí- ci- te De- um. †Qui- a fe- cit.

Lectio sexta. (Thobie j. 20.)

ESuriéntes alébat, nudísque ves-
timénta prebébat : et mórtuis
atque occísis sepúlturam sollicitus
exhibébat. Dénique cum revérsus
esset rex Sennácherib fúgiens a Judéa
plagam quam circa eum Deus fécerat

propter blasphémiam suam, et irátus
multos occíderet ex filiis Israel :
Thobías sepelebát córpora eórum.
At ubi nunciátum est regi, jussit eum
occídi : et tulit omnem substántiam
ejus.

6. Resp.
II.

7759. 

Empus est * ut re-vér-tar ad e- um qui me mi- sit :

vos autem be-ne-dí- ci-te De- um. †Et e-narrá-te

7759a. óm-ni- a mi-ra-bí- li- a e- jus. ⁊. Be-

ne-dí- ci-te De- um ce- li et co-ram ómni-bus vi-vénti-

bus confi-té- mi-ni e- i. †Et e-narrá-te. ⁊. Gló-

ri- a Pa-tri. 93*. †Et e-narrá-te.

¶ *In iij. nocturno.*

Ant. Sponsus. [34].

Ps. Celi enarrant. (xviiij.) [34].

⁊. Exaltáre Dómine. [40].

AS:319; 1520:38v; 1531:192v.⁵²

7. Resp.

VII.



Ri-bu-la-ti-ó-nes * ci-vi-tá-tum audí- vi- mus


7779.



quas passe sunt et de-fé- ci- mus, timor et he-be-túdo



mentis cé-ci-dit su-per nos et su-per lí-be-ros




nos- tros, ipsi mon-tes no-lunt re-cí-pe-re fu-gam



nos- tram. †Dómi-ne mi-se- ré- re. ✎. Peccá-

7779a.



vi-mus cum pá-tri-bus nos-tris : in- júste é-gimus



i-niqui-tá- tem fé- ci- mus. †Dómi-ne.

AS:319; 1520:38v; 1531:192v.⁵³

7237. 8. Resp.
II.




Os á- li- um * De- um nés- cimus pre- ter Dómi-
 num in quo spe- rá- mus. † Qui non despí- ci- et
 nos nec amó- vit sa- lú- tem su- am a gé- ne- re
 7237a. nos- tro. ✠. Indulgén- ti- am e- jus fu- sis lá- chri- mis postu-
 lé- mus : et humi- li- é- mus il- li á- nimas nos- tras.
 † Qui non.

Responsorium feriale. 9.

AS:320; 1520:39r; 1531:192v.⁵⁴

6492. Resp.
II.



Omi- ne * De- us qui cónte- ris bel- la ab i-

ní-ti- o é-le- va bráchi- um tu- um su-per ges-
 que có-gi-tant servis tu- is ma- la. †Et déxte-ra tu-
 a glo-ri-fi-cé- tur in no- bis. ✠. Allí- de virtú-tem
 il-ló-rum in virtú-te tu- a : ca-dat virtus il-ló-rum in
 i-ra-cún- di- a tu- a. †Et déxte-ra. ✠. Gló- ri- a
 Pa-tri. 93*. †Et déxte-ra.

6492a.

Lectio prima. Legenda 3. (Thobie j. 23.)

THobias vero cum filio suo et cum uxore fugiens nudus látuit : quia multi diligebant eum. Post dies vero quadraginta quinque, occiderunt regem filii ipsius, et reversus est Thobias ad domum suam : omnisque facultas ejus

restituta est ei.

Post hec vero cum dies esset festus Dómini et factum esset prándium bonum in domo Thobie : dixit filio suo, Vade et adduc aliquos de tribu nostra timéntes Deum : et epuléntur nobíscum.

Cap. ij.

Lectio secunda. (Thobie ij. 3.)

CUmque abisset : revérsus nunciávit ei unum ex filiis Israel jugulátum jácere in plátea. Statímque exiliens de accúbitu suo : relínquens prándium jejúnus pervénit ad corpus. Et tollens illud portávit ad domum suam occúlte : ut dum sol occubúisset, caute sepelíret eum. Cumque

occultásset corpus, manducávit panem cum luctu et tremóre : mémorans illum sermónem quem dixit Dóminus per Amos prophétam, Dies festi vestri converténtur in lamentatióem et luctum. Cum vero sol occubúisset : ábiit et sepelívit eum.

Lectio tertia. (Thobie ij. 8.)

ARguébant autem illum omnes próximi sui dicéntes, Jam hujus rei causa intérfici jussus es, et vix effugísti mortis impérium, et íterum sepelis mórtuos ? Sed Thobías plus timens Deum quam rogem : rapiébat córpora occisórum et occultábat ea in domo sua et médiis nóctibus sepelíbat ea. Cántigit autem ut quadam die fatigátus Thobías a sepultúra

véniens domum suam jactásset se juxta paríetem et obdormíset : et ex nido hyrúndinum dormiénti illi cálida stércora incíderent super óculos ejus, fierétque cecus. Hanc autem tentatióem ídeo permísit Dóminus eveníre illi : ut pósteris darétur exémplum paciéntie sue sicut et sancti Job. Tu autem Dómine.

¶ *Ferialis. Lectio j. Legenda 4. Thobie ij. (13.)*

THobías cum ab infántia sua semper Deum timúerit, et mandáta ejus custodíerit, non est contristátus contra Deum quod plaga cecitátis evénerit ei, sed immóbilis in Dei timóre permánsit : agens grátias Deo ómnibus diébus vite sue. Et sicut beáto Job insultábant reges : ita isti paréntes et cognáti ejus,

et irridébant vitam ejus dicéntes, Ubi est spes tua, pro qua elemósynas et sepultúras faciébas ? Thobías vero increpábat eos dicens, Nolíte ita loqui, quóniam filii sanctorum sumus : et vitam illam expectámus, quam Deus datúras est his qui fidem suam nunquam mutant ab eo. Tu.

Lectio ij. (Thobie ij. 19.)

ANna vero uxor ejus ibat ad
tétrinum opus quotidie : et de
labóre mánuum suárum victum quem
cónsequi póterat deferébat. Unde
factum est ut hedum caprárum
accípiens : detulisset domi. Cujus
cum vocem balántis vir ejus audisset :
[193r.] dixit, Vidéte ne furtívus sit. Réddite


cum dóminis suis : quia non licet
nobis ex furto áliquid aut édere, aut
contíngere. Ad hec uxor ejus iráta
respóndit, Maniféste vana facta est
spes tua : et elemósinas tue modo
apparuérunt. Atque his et áliis
hujuscémodi verbis exprobrábat ei.
Tu autem Dómine.

Lectio iij. (Thobie) Cap. iij. (1.)

Tunc Thobías ingémuit : et
cepit oráre cum láchrymis
dicens, Justus es Dómine et ómnia
judícia tua justa sunt : et omnes vie
tue misericórdia et véritas et
judícium. Et nunc Dómine memor
esto mei, et ne vindíctam sumas de
peccátis meis : neque reminiscáris
delícta mea vel paréntum meórum,
quóniam non obedívimus precéptis
tuis : et trádicti sumus in direptionem

et captivitátem, et in mortem : et in
fábulam et in impropérium ómnibus
natió nibus in quibus dispersísti nos.
Et nunc Dómine, magna judícia tua,
quia non égimus secúndum precépta
tua, et non ambulávimus sincériter
coram te. Et nunc Dómine Deus
secúndum voluntátem tuam fac
mecum : et précipe in pace récipi
spíritum meum. Expedit enim michi
magis mori quam vívere.

Lectio j. Legenda 5. Thobie iij. (7.)

 Ontigit itaque eádem die ut
Sara filia Raguélis in Rages
civitáte Medórum, et ipsa
audíret impropérium ab una ex
ancíllis patris sui : quóniam trádicta
fúerat septem viris, et demónium
nómine Asmódeus occíderat eos mox

ut ingrési fuissent ad eam. Ergo cum
pro culpa sua increpáret puéllam :
respóndit ei dicens, Amplius ex te
non videámus filium aut filiam super
terram, interféctrix virórum tuórum.
Nunquid et me occídere vis, sicut
étiam occidísti septem viros ?

Lectio ij. (Thobie iij. 10.)

AD hanc vocem perréxit in
supérius cubículum domus sue,

et tribus diébus et tribus nóctibus
non manducávit neque bibit : sed in

oratione persistens cum lachrymis deprecabatur Deum, ut ab isto improperio liberaret eam. Factum est autem tertia die dum compleret Sara orationem : benedicens Domium dixit, Benedictum est nomen tuum Domine Deus patrum nostrorum, qui cum iratus fueris misericordiam facies :

et in tempore tribulationis peccata dimittis, his qui invocant te. Ad te Domine faciem meam converto : ad te oculos meos erigo. Peto Domine ut de vinculo improperii hujus absolvas me : aut certe de super terram eripias me.

Lectio iij. (Thobie iij. 16.)

TU scis Domine quia nunquam concupivi virum : et mundam servavi animam meam ab omni concupiscentia. Nunquam cum ludentibus miscui me neque cum his qui in levitate ambulat participem me prebui. Virum autem cum timore tuo non cum libidine mea consensi suscipere, et aut ego indigna fui illis aut illi forsitan me digni non fuerunt quia forsitan viro alio⁵⁵ conservasti me. Non enim est in hominis potestate consilium tuum. Hoc

autem habet certum omnis qui colit te : quia vita ejus si in probatione fuerit coronabitur. Si autem in tribulatione fuerit liberabitur, et si in correptione⁵⁶ fuerit ad misericordiam tuam pervenire licebit. Non enim delectaris in perditionibus nostris, quia post tempestatem tranquillum facis : et post lachrymationem et fletum exultationem infundis. Sit nomen tuum Deus Israel benedictum in seculis.

Lectio j. Legenda 6. (Thobie iij. 24.)

IN illo tempore. Exaudite sunt preces Thobie et Sare in conspectu glorie summi Dei : et missus est angelus Domini sanctus Raphael ut curaret eos ambos, quorum uno tempore fuerat oratio in conspectu Domini recitata.

Thob. iv. Igitur cum Thobias putaret orationem suam exaudiri ut mori

potuisset : vocavit ad se Thobiam filium suum et dixit ei, Audi fili mi verba oris mei : et ea in corde tuo quasi fundamentum construe. Cum acciperit Deus animam meam corpus⁵⁷ meum sepeli, et honorem habebis matri tuas omnibus diebus vite ejus. Memor enim esse debes : que et quanta pericula passa sit

propter te in útero suo. Tu autem.

Lectio ij. (Thobie iv. 5.)

CUm autem et ipsa compléverit tempus vite sue : sepélies eam circa me. Omnibus autem diébus vite tue in mente habéto Dóminum : et cave nequándo peccáto conséntias et pretermíttas precépta Dei nostri. Ex substántia tua fac elemósynam : et noli avértere fáciem tuam ab ullo páupere. Ita enim fiet ut nec a te avertátur fácies Dómini. Quómodo potúeris, ita esto miséricors. Si

multum tibi fúerit, abundánte tríbue. Si exíguum fúerit : étiam exíguum libénter impartíri stude. Prémium enim bonum tibi thesáurizas in die necessitátis. Quóniam elemósyna ab omni peccáto et a morte liberat : et non patiétur ánimam ire in ténebras. Fidúcia magna erit coram summo Deo elemósyna : ómnibus faciéntibus eam.

Lectio iij. (Thobie iv. 13.)

Dixit Thobías filio suo, Atténde tibi fili mi ab omni fornicatióne : preter uxórem tuam nunquam patiáris crimen scire. Supérbiam nunquam in tuo sensu aut in tuo verbo dominári permíttas. In ipsa enim inítium sumpsit omnis perdtio. Quicúnque áliquíd tibi operátus fúerit, statim mercédem ei restítue : et merces mercennárii tui apud te omníno non máneat. Quod ab álio odéris fieri tibi :

vide ne álteri tu aliquándo fácias. Panem tuum cum esuriéntibus et egénis cómede : et de vestiméntis tuis nudos tege. Panem tuum et vinum tuum super sepultúrum justí constitúe : et noli ex eo manducáre et bíbere cum peccatóribus. Consílium semper a sapiénte perquíre. Omni témpore bédedic Deum, et pete ab eo ut vias tuas dírigat : et ómnia consília tua in ipso permáneant.

Lectio j. Legenda 7. (Thobie iv. 21.)

Ndico étiam tibi fili mi dedísse me decem talénta argénti dum infántulus esses Gábelo in Rages civitáte Medórum : et cyrográphum ejus apud me hábeo. Et ídeo perquíre quo modo ad eum

pervénias : et recípias ab eo supra-memorátum pondus argénti : et restítuas ei cyrográphum suum. Noli timére fili, páuperem quidem vitam gérimus : sed multa bona habébimus si timuérimus Deum, et recessérimus

ab omni peccáto, et fecérimus bene.

(*Thobie v.*) Tunc Thobías respóndit patri suo : et dixit, Omnia quecúnque precepísti michi fáciam pater. Quo modo autem hanc pecúniam inquíram ignóro. Ille

me nescit : et ego illum ignóro. Quod signum dabo ei ? Sed nuque viam per quam pergátur illuc : aliquándo cognóvi. Tu.

Lectio ij. (Thobie v. 3.)

Tunc pater suus respóndit illi : et dixit, Cyrográphum quidem illíus penes me hábeo. Quod dum illi osténderis : statim restítuet. Sed perge nunc et inquire tibi áliquem fidélem virum qui eat tecum salva mercéde sua dum adhuc vivo ut recípias eam. Tunc Thobías egréssus invénit júvenem spléndidum stantem

precíntum et quasi parátum ad ambulándum : et ignórans quod ángelus Dei esset salutávit eum et dixit, Unde te habémus bone júvenis ? At ille respóndit, Ex filiis Israel. Et Thobías dixit ei, Nosti viam que ducit in regiónem Medórum ? Cui respóndit, Novi : et ómnia itínera ejus fréquénter ambulávi.

Lectio iij. (Thobie v. 8.)

ET mansi apud Gábelum fratrem nostrum qui morátur in Rages civitáte Medórum : que pósita est in monte Egbathánis. Cui Thobías ait, Sústine me obsécro donec hec ipsa núnciem patri meo. Tunc ingréssus Thobías indicávit univérsa hec patri suo. Super que admirátus pater rogávit ut introíret ad eum. Ingréssus itaque salutávit eum : et dixit, Gáudium tibi semper sit. Et Thobías

ait, Quale michi gáudium erit, qui in ténebris sédeo, et lumen celi non vídeo ? Cui ait júvenis, Forti ánimo esto : in próximo est ut a Deo curéris. Dixit itaque illi Thobías, Nunquid póteris perdúcere filium meum ad Gábelum in Rages civitátem Medórum ? Et cum redíeris restítuam tibi mercédem tuam. Et dixit ei ángelus, Ego ducam illum sanum : et redúcam illum ad te.

Lectio j. Legenda 8. (Thobie v. 22.)

Quárátis ígitur ómnibus que erant in via portánda : fecit Thobías vale patri suo et matri sue. Cumque profécti essent :

cepit flere mater ejus ac dícere, Báculum senectútis nostre tulísti : et transmisísti a nobis. Nunquam esset ipsa pecúnia : pro qua misísti eum.

Sufficiébat nobis paupértas nostra ut divítias computarémus hoc : quod videbámus filium nostrum. Dixítque ei Thobías, Noli flere. Salvus pervéniet filius noster et salvus revertétur

ad nos : et óculi nostri vidébunt eum. Credo enim quóniam ángelus Dei bonus comitétur ei, et bene dispónat ómnia que circa ipsum gerúntur : ita ut cum gáudio revertátur ad nos.

Lectio ij. Thobie vj.

Proféctus est autem Thobías et canis secútus est eum : et mansit prima mansióne juxta flúvium Tygris. Et exívit ut laváret pedes suos : et ecce piscis immánis exívit ad devorándum eum. Quem expavéscens Thobías : clamávit voce magna dicens, Dómine, invádit me. Et dixit

ángelus, Apprehénde bránciam ejus : et trahe eum ad te. Quod cum fecísset : dixit ei ángelus, Exéntera hunc piscem : et cor ejus et fel et jecur repóne tibi. Sunt enim hec necessária ad medicaménta.⁵⁸ Tu autem Dómine.

Lectio iij. (Thobie vj. 7.)

Tunc interrogávit Thobías ángelum : et dixit ei, Obsécro te Azaría frater : ut dicas michi quod remédium habébunt ista que de pisce servári jussísti. Respondénsque ángelus dixit ei, Cordis ejus partículam si super carbónes ponas : fumus ejus éxtricat omne genus demoniórurn sive a viro sive a muliere, ita ut ultra non accédát ad eos. Et fel valet ad unguéndos óculos, in quibus fúerit albúgo : et sanabúntur. Et dixit ei,

[194r.]

Ubi vis ut maneámus ? Respondénsque ángelus dixit ei, Est hic Ráguel nómine propínquus vir de tribu tua : et hic habet filiam nómine Saram, sed neque másculum neque féminam ullam habet áliam preter illam. Tibi debétur omnis substántia ejus : et opórtet eam te accípere in cónjugem. Pete ergo eam a patre ejus : et dabit tibi eam uxórem. Tu autem Dómine miserére [nostri].

Notes, pages 1857-1879.

- ¹ '*iustino.*' Chevallon. [SB:mccxcii.]
- ² 1520:25v.
- ³ SB:mccxciii.
- ⁴ SB:mccxciii.
- ⁵ SB:mccxciii.
- ⁶ SB:mccxciii.
- ⁷ SB:mccxciii.
- ⁸ 'de dominica', 1520:26r.
- ⁹ SB:mccxciii.
- ¹⁰ 'Fe. 6. de vigi.' *Portif.* 1519. [SB:mccxciii.]
- ¹¹ SB:mccxciii.
- ¹² SB:mccxciii.
- ¹³ 'cum responsoriis de jejunio', 1520:26r.
- ¹⁴ SB:mccxciii.
- ¹⁵ SB:mccxciii.
- ¹⁶ SB:mccxcv.
- ¹⁷ SB:mccxcv.
- ¹⁸ SB:mccxcv.
- ¹⁹ 'sancta' *Portif.* 1519. [SB:mccxcv.]
- ²⁰ SB:mccxcv.
- ²¹ SB:mccxcv.
- ²² SB:mccxcv.
- ²³ SB:mccxcv.
- ²⁴ 'commemoracione.' *Chevallon.* [SB:mccxcv.]
- ²⁵ SB:mccxcv.
- ²⁶ SB:mccxcv.
- ²⁷ SB:mccxcv.
- ²⁸ SB:mccxcv.
- ²⁹ 'de feria', 1520:26r.
- ³⁰ SB:mccxcv.
- ³¹ SB:mccxcv.
- ³² SB:mccxcv.
- ³³ SB:mccxcv.
- ³⁴ SB:mccxcv.
- ³⁵ SB:mccxcv.
- ³⁶ SB:mccxcv.
- ³⁷ SB:mccxcvii.
- ³⁸ SB:mccxcvii.

³⁹ SB:mccxcvii.

⁴⁰ 1520:36v.

⁴¹ 1520:36v.

⁴² 'ex ejus', *Vulgate*.

⁴³ 'de' *Chevallon*. [SB:mccxcix.] for 'te Dómine'. At 'paréntum' 1520:36v. has D.F.FE. 1520:36v. does not indicate flat at 'vindíctam'. In BL-52359:208v. 'Dómine' is set FGAGFG.FE.FGEFD; 'hujus absólvas' is set FGF.ED DCD.D.DED; 'erípias' remains under the flat; 'reminiscáris' is set A.G.A.GAB_bAGA.AG; 'paréntum' is set D.F.FE; 'te' is set GFFDCCEFGGAFGFE; no flat appears in the verse. In PEN:143r. 'erípias' remains under the flat; no flat appears at 'reminiscáris'; 'paréntum' is set D.F.FE.

⁴⁴ 'sed', *Vulgate*.

⁴⁵ 'presélitis' *Chevallon*. [SB:mccxcix.]

⁴⁶ In AS:317. and BL-52359:208v. 'dírigat' ends AG. In 1520:37r. '-mor esto fili quóniam páuperem vitam gérimus ha-' is set a third too low.

⁴⁷ In 1520:37v. 'fili' omits the final DC; 'gérimus' is set BCD.CB.GACAAGABA. In BL-52359:209r. 'fili' is set CD.DFDEDCDC; 'gérimus' is set CBCD.AG.GACGAGGF; 'multa' is set G.A; 'bona' is set CD.DCBCBAGAG; 'timuérís' is set A.CD.DDB.CDCBABCBA.

⁴⁸ 'in' *non habet Chevallon*. [SB:mccc.] 'in' is in Legend-1518:173v. 'cum multa géneris sui turba', BL-52359:209r.

⁴⁹ AS:318. has 'pegrináre'. 1520:37v. has a flat only at 'senectútis'. In BL-52359:209r. 'computaréntur' is set Dc.D.F.EGFF.FE; 'senectútis' is set G.AGGF.FGA.AB[_b]GFGAG; 'lumen' is set F.F. BL-52359:209r. has no flats.

⁵⁰ In AS:318. 'vivéntibus' is set A.A.G.ABAGA.AGGEFE. 1520:38r. has no flats. In BL-52359:209r. 'coram' is set E.A; no flat appears in the verse. PEN:144r. has no flats.

⁵¹ In 1520:38r. 'mirabília' is set D.D.DFEC.F.FGEFE. In BL-52359:209v. 'ómnia' is set DFDEF.CD.DCCABDCBCBABA; 'vivéntibus' is set DC.DE.D.D.

⁵² In BL-52359:109v. 'cécidit' is set E.D.C; 'montes' is set GA_g.D; 'nostram' is set EFEDEFEF.ED; 'iniquitátem' has only four neumes. In PEN:144r. 'nostros' is set EGFEFEDFEDEFEF.ED; the verse is set to the music of Mode VIII. thus:

V. Peccá-vi-mus cum pa-tri-bus nos-tris : injúste

é-gimus i-niqui-tá-tem fé-ci-mus.

⁵³ In 1520:38v. 'in' is set GFFE; 'despíciat' is set F.FEFG.FGEFEDE. In BL-52359:209v. 'in' is set FGEFE; 'despíceret' is set G.FFE.FGFEFEDE. In PEN:144v. 'in' is set GFFE.

Notes.

⁵⁴ 1520:39r. has no flat. In BL-52359:209v. 'éleva' is set FGAGAB[*b*].A.A; 'dextera' is set F.EF.DCDED.

⁵⁵ SB:mcccv. has 'álii' with the note "'álio' *Chevallon*."

⁵⁶ 'corruptiōne' *Chevallon*. [SB:mcccv.] 'corréptione', Legend-1518:175r.

⁵⁷ 'cor' *Chevallon*. [SB:mccvii.]

⁵⁸ 'medicaménta utiliter. (*vers.* 6.) Quod cum fecisset, assávit carnes ejus, et secum tulérunt in via : cétera salierunt, que sufficerent eis, quóusque pervenirent in Rages civitátem Medórum.' *Ed. Vulgata*. [SB:mcccix.]